

Oklevelek

Ebben a fejezetben huszonegy olyan oklevelet teszünk közzé, melyeket a varsói Archiwum Główny Akt Dawnych levéltárában őriznek, és az 1438–1444 közötti lengyel-magyar kapcsolatok történetéhez adalékokat szolgáltatnak. A már emlegetett öt sokpecsétes oklevél mellé (1440A–E) bekerült további három oklevél, ami Albert magyar király és Ulászló lengyel király 1438-as béketárgyalásaihoz kapcsolódik (I–III. sz.). Ezekből tudomást szerezhetünk a két ország közötti kapcsolatokról közvetlenül az 1440-es évet megelőzően. Láthatjuk, hogy a később Krakóba menesztett követek közül, többen már ekkor tapasztalatot szereztek a diplomáciai tárgyalásokban (Dominiszi János zenggi püspök, Perényi János tárnokmester és Pálóci László).

A *Fontes Memoriae Hungariae* sorozatba csak eredeti okleveleket válogatunk, melyeknek van magyar vonatkozásuk. Ezek jó része – egy-két kivétellel – a MNL OL Diplomatikai Fényképgyűjteményébe is bekerült. Vannak azonban olyan oklevelek is, melyek a hungarika fogalmának határmezsgyéjén mozognak. Ilyen lehet egy királyi oklevél, melyben Ulászló király lengyel ügyben jár el, de először említi magát választott magyar királynak. Ezt az oklevelet kivonatossan közöljük (V. sz.). A több tucat Varsóban őrzött, de a Magyar Királyság területén kiadott oklevél közül két darabot jelöltek meg korábban hungarikának és kerültek be a DF-be, ezeket teljes szöveggel közöljük (XI. és XIV. sz.)

A lengyel jogerősítő, adományozó okleveles formula az oklevél végén név szerint említi a királyt döntésében segítő tanács tagjait. Ulászló lengyel és magyar királyként lengyel és magyar főurakkal is körülvette magát, így a leghűségesebb magyar támogatói többször fel-feltűnnek ezekben az oklevelekben. Számos ilyen oklevet ismerünk, ugyanakkor adataikat eddig a magyar történetírás nem aknázza ki. Válogatásunkba ezek közül emeltünk be példaként tíz, Varsóban őrzött eredetiben, vagy másolatban fennmaradt oklevelet. Tartalmukat csak kivonatossan idéztük, amelyből világosan kirajzolódik, hogy Hédervári Lőrinc nádor és Rozgonyi Simon egri püspök rendszeresen feltűnt Ulászló király tanácsában. Hozzájuk hasonlóan magyar uralkodásának főbb támaszai is, mint Dominiszi János zenggi, majd váradi püspök, Gatalóci Mátyás veszprémi püspök és Tallóci Matkó horvát-dalmát-szalvón bán. Az ilyen típusú oklevelek gyűjtése és listázása további adatokat szolgáltathat a politikai életben fontos szerepet betöltő személyek életpályájához. Egy teljes gyűjtés túlfeszítené jelen értekezésünk kereteit, ezért csak figyelemfelkeltésként kerültek be a válogatásba. Részletes feldolgozásuk egy jövőbeni kutatás tárgyát képezi.

I.

1439. február 10. In oppido Namslaw.

János zenggi püspök mint pápai legátus, a III. Ulászló lengyel és Albert római király közti béketárgyalások folytatása és befejezése céljából ez év június 24-ig fegyverszünetet rendel el, melyet Albert király biztosai is elfogadnak.

In nomine Domini amen. Universis et singulis innotescat praesentium ex tenore, quod nos Iohannes episcopus Segnensis, sanctissimi domini nostri domini Eugenii divina providentia papae quarti et apostolicae sedis legatus, post varios susceptos exhibitosque labores pro pace perpetua reformanda et firmanda inter serenissimos principes dominum Albertum Romanorum etc. ex una et dominum Wladislaum Poloniae reges et illustrem principem Kazimirum fratrem suum ex altera partibus, propter difficultates in tractatu huiusmodi pacis emergentes illam ad praesens perficere prout optabamus non potuimus, licet saepe et cum maxima attentione apud Wratislaviam inter praefatum dominum regem Romanorum etc. et insignes ambasiatores domini regis Poloniae diu tractavimus, nec non post diaetam in praesenti oppido assignatam inter solemnes utriusque partis ambasiatores, qui in ea convenerunt, diligentissime laboravimus. Et considerantes, quod res arduae difficiliter fuerint et licet in uno tempore impedimentum recipiant, alio tempore dei misericordia adiuvante recipiant complementum, idcirco ne tantum bonum totaliter laberetur et huius pacis tractatus penitus rumperetur et propter eius rupturam bella et caedes insurgerent in populo christiano, nos inter praefatos dominos reges et dominum Kazimirum et utrorumque seu cuiuslibet eorum principes barones nobiles subditos adhaerentes et coadiutores et terras ac dominia eorum et cuiuscunque eorum, sufferentiam et tollerantiam a gwerra et treuga seu treugarum inducias auctoritate sanctissimi domini nostri papae et apostolicae sedis indicimus et statuimus, duraturam a die datarum praesentium usque ad festum sancti Iohannis Baptistae in mense Iunii proxime venturi usque ad solis occasionem, et quod tempore medio in festo Ascensionis Domini proxime venturi diaeta sollemnis teneri et celebrari debeat in locis contentis in inscriptionibus regnorum Hungariae et Poloniae hactenusque observatis, pro continuatione tractatus pacis perpetuae, ad quam iidem domini reges et dominus Kazimirus per se aut per oratores suos pleno mandato fulcitos convenire teneantur, in qua diaeta dei misericordia concedente speramus, quod pax perpetua sequetur. Et ut haec treuga gratior et sincerior videatur et indicium aliquialiter praestet pacis perpetuae futurae, ei deliberavimus adiungendum, quod omnes cap-

tivi cuiuscumque partis, qui usque ad diem datarum praesentium pactati sunt pro quacunque pecuniae quantitate et illam non solverunt vel forte in futurum pactari continget, ad solutionem eius tempore treugarum durante artari seu coherceri minime possint. Et si aliqui captivorum Polonorum vel Bohemorum non depactatorum super certis fideiussoribus, de quibus domini eosdem captivos habentes contentarentur, possent sibi relaxationis inducias optinere, consentiatur eis quamdiu treugae durant; quod si forsan in Bohemia aliquis ex subditis adiutoribus vel adhaerentibus alicuius ex praefatis partibus aliqua temeritate permotus in huiusmodi treugis nollet includi, sed insolentiis et aliis insultibus ad modum guerrae hac treuga durante voluerit evagare, extunc alia pars illum invadere possit et per hoc treuga generaliter nullatenus infringatur nec etiam illius, qui in hac treuga noluerit includi, captivi gaudeant induciis solutione peccuniae depactatae. Mercatores autem et ceteri omnes subditi praefatorum dominorum regum possint ad invicem treuga huiusmodi durante mercari et negotiari, sicut tempore pacis poterant et solebant.

Nos autem Conradus Dei gratia episcopus Wratislaviensis nec non Conradus Kettener et Conradus Albus duces Slesiae etc., Gaspar Sligk miles aulae regiae supremus cancellarius dominus Novicastro et capitaneus terrarum Egre et Cubiti, Benedictus praepositus Albensis et electus Iauriensis necnon Stephanus de Hohemberg, oratores et procuratores praefati domini regis Romanorum etc., ad haec potestatem sufficientem habentes, volentes monitis praedicti reverendi legati immo verius sanctissimi domini nostri papae et apostolicae sedis parere et in nullo penitus contraire seu illa contemnere, praefatam treugam sic ut praemittitur indictam ac etiam dictam diaetam, ut praedicitur celebrandam per praefatum dominum nostrum regem vel oratores et procuratores suos, acceptavimus et amplexi sumus et tenore praesentium acceptamus et amplectimur, promittentes sub verbo regio domini nostri regis et sub puritate suae regiae fidei pro eo et universis subditis suis et regnorum ac dominiorum suorum cuiuscumque gradus seu conditionis existant et adhaerentibus et coadiutoribus suis, ut huiusmodi treugam praefatam domino regi Poloniae et domino Kazimiro fratri suo et regno ducatus et terris et subditis adhaerentibus et coadiutoribus suis seu cuiuslibet eorum inviolabiliter observabit et per suos observari faciet, ac diaetam supra dictam in locis ipsis per se aut per solemnes oratores et procuratores suos ad haec potestatem habentes tenere faciet, omniaque explebit, quae in praefata treuga et conditionibus eius superius continentur. Reservamus tamen nobis viginti dierum spatium post datarum praesentium ad notificandum capitaneis et ceteris amicis et

benivolis domini nostri regis, ut pecuniam promissam a captivis pactatis usque ad expirationem praefatae treugae non exigant nec exposcant. In quorum testimonium nos supradictus Iohannes episcopus Segnensis apostolicae sedis legatus sigillum nostrum pontificale appendi fecimus ac praesentem notarium publicum rogavimus, ut sua subscriptione signaret. Nosque praefati oratores domini nostri regis Romanorum sigillis nostris muniri hanc cartam fecimus, ne quicquam in praemissis in dubium ullo umquam tempore posset veniri. Datum in opido Namslaw Wratislaviensis diocesis, decima mensis Februarii anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo nono, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Eugenii digna Dei prudentia papae quarto anno octavo. Praesentibus ibidem egregio et discretis viris domino Thoma de Strzempyno decretorum doctore, Paszek de Goslawicze, Nicolao de Zawady et Iohanne Iantuszko testibus vocatis ad haec et rogatis.

Et ego Laurentius quondam Michaelis Monsterberg de Stum, clericus Pomezaniensis diocesis publicus apostolica auctoritate notarius, qui praedictis treugarum et dictae indictioni decreto et assignationi ac acceptationi, sic ut praemittitur, factis et habitis omnibusque aliis et singulis supra dictis, dum sic agerentur et fierent, una cum praenominatis testibus praesens interfui, ea omnia et singula sic fieri vidi et audivi, ideo hoc praesens instrumentum ad mandatum praefati domini legati hic me subscripsi signumque meum solitum apposui in fidem et testimonium omnium et singulorum praemissorum.

Jelzete: AGAD, Dok. perg. Nr. 5569. MNL OL DF 289 001. Közli: Mon. Pol. XII. 386–388. 254. sz. Regeszta: Óváry I. 430. sz. Hátján, amelynek mérete kb. 55x42 cm. Plicaturán hat darab vörös és egy zöld viaszú pecsét függ. Az első selyemzsinóron, mely erősen rongált, a többi címzés nélküli pergamenzalagon kissé elmodódva.

II.

1439. május 3. Pozsony.

Albert római és magyar király a III. Ulászlóval való fegyverszünet meghosszabbítása, vagy békeegyezség megkötése végett Benedek győri püspök, Holiczi Gáspár birodalmi és cseh királyi kancellár, Perényi János tárnokmester, Rozgonyi István pozsonyi ispán és szepesi kapitány, Hohenberg István és Pohárnok István zólyomi kapitány személyében teljhatalmú biztosokat küld ki.

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, etc. rex et dux Austriae, etc. notum facimus tenore praesentium universis. Cum pridem in diaeta Namslaviensi per reverendos in Christo patres Johannem Segniensem, sanctissimi domini nostri papae Eugenii et Alfonso Burgensem episcopos, sacrae Basiliensis synodi legatos pro continuatione pacis perpetuae inter nos ab una et illustrissimum ac praeclarum principes Wladislaum Poloniae regem et ducem Kazimir, germanum suum indicta sit treuga et etiam diaeta conventionis celebranda super festo Ascensionis Domini nunc futuro per nos utrimque, aut oratores nostros pleno mandato fulcitos in locis inscriptionum antiquarum inter regna Hungariae et Poloniae habitarum, prout litterae praefatorum dominorum legatorum desuper confectae clarius attestantur. Idcirco eorum institutis obtemperantes huiusmodi diaete satisfactori, ad eandem transmittendos duximus et transmittimus reverendum patrem Benedictum electum Iauriensis ecclesiae, Gaspar de Holicz imperialem et regni Boemie cancellarium terrarum Egre et Cubiti capitaneum, Iohannem de Perin magistrum tavernicorum regalium, Steffanum de Rozgon comitem Pozoniensem et capitaneum terrae Scepusiensis, Steffanum de Hohenberg et Stephanum Poharnok capitaneum Zoliensem, consiliarios ambasiatores nuntios et fideles nostros dilectos, quibus omnibus et cuilibet eorum in solidum etiam plenarium mandatum auctoritatem et facultatem dedimus et concessimus, damus et concedimus per praesentes pro nobis et nostro ac regnorum nostrorum nomine in praefatis diaeta et loco cum dictis rege Poloniae fratreque suo Kazimiro seu ipsorum ambasiatoribus nuntiis et agentibus, pro eis pleno ad hoc mandato suffultis, conveniendi conferendi placitandi et de congruentibus mediis pacis perpetuae captandis pertractandi, et super cunctis illatis iniuriis et interesse componendi paciscendi transigendi ac modis honestis et licitis concordandi, pacemque et concordiam perpetuam inter nos et regna nostra Hungariae Bohemiae ceterasque terras nobis subditas ac praefatos regem et ducem regnum et terras eorum, ac etiam quascumque treugas

seu sufferencias, prout viderint expedire, inter nos utrimque faciendi firmandi et concludendi, firmata condicta et conclusa promissionibus et stipulationibus sub verbo nostro regio et puritate fidei nostra parte roborandi, litterasque oportunas desuper confectas sive conficiendas tradendi, et viceversa ab alia parte consimiles promissiones stipulationes et litteras recipiendi approbandi et gratificandi, omniaque alia et singula dicendi faciendi gerendi et exercendi, quae pro huiusmodi pacis seu concordiae vel etiam treugarum dirigenda et procuranda unione quomodolibet honesta et necessaria fuerint seu etiam oportuna, quae et nos faceremus seu facere possemus, si praemissis nos contingeret personaliter interesse; etiam si talia essent, quae mandatum exigent magis speciale. Ratum et firmum habentes et in verbo nostro regio habere et tenere promittentes, quicquid per praefatos nostros consiliarios ambasiatores et nuntios vel maiorem eorum partem factum dictum gestum conclusum et firmatum fuerit quomodolibet in praemissis, praesentium sub nostrae regalis maiestatis sigillo testimonio litterarum. Datum Pozonii tertia die Maii, anno domini millesimo quodringentesimo tricesimo nono, regnorum nostrorum anno secundo.

Ad mandatum domini regis
 Petrus praepositus Nortusensis.

Jelzete: AGAD, Dok. perg. Nr. 5570. MNL OL DF 289 002. Közli: Mon. Pol. XII. 391–392. 256. sz. Regeszta: Óváry I. 431. sz. Hátján, amelynek mérete kb. 52x30 cm. Plicaturán pergamenszalagon természetes színű egyoldalú felségpecséthat kissé kopott. (Tóth Péter és Novák Ádám átírása)

III.

1439. október 17. Esztergom.

Albert római és magyar király a III. Ulászló lengyel királlyal való béketárgyalások megindítása és fegyverszünet megkötése végett Palóci László és Berzevici Pohárnok István személyében teljhatalmú biztosokat küld Lengyelországba.

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, etc. rex, dux Austriae, etc. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis, quod de fide et legalitate magnificorum et nobilium Wladislai de Palocz magistri curiae nostrae maiestatis et Stephani Poharnok de Berzevicz oratorum nostrorum fidelium dilectorum plenam gerendae fiduciae praesumptionem ipsis et eorum cuilibet in solidum plenam damus et omnimodam concedimus tenore praesentium facultatem cum serenissimo domino Wladislao rege Poloniae Lithwaniaeque principe supremo etc. conveniendi, necessarios quoque tractatus habendi atque treugam sufferentiam, tollentiam a guerra concludendi, inscriptionibus firmandi et stabiliendi ac super pace tractanda perpetua, aliam diaetam congruentem inter nos utrinque recipiendi et faciendi, promittentes verbo nostro regio omnia et singula quaecunque per dictos oratores nostros condictata, tractata, conclusa ut fuerint, rata, grata atque firma habere et servare tamquam nos ipsi si praemissis interessemus personaliter eadem clauderemus, tractaremus, concluderemus et modo efficaciori firmaremus. Harum testimonio litterarum [sigillum] quibus secretum nostrum est appensum. Datum Strigonii, Sabato post festum Sancti Galli, anno Domini Millesimo quadringentesimo tricesimo nono, regnorum nostrorum anno secundo.

Jelzete: AGAD, Dok. perg. Nr. 5571. MNL OL DF 289 003. Regeszta: Óváry I. 432. sz. Hátján, amelynek mérete kb. 31x14,5 cm. Plicatúrán pergamenszalagon természetes színű pecsétfészekben vörös viaszú titkospecsét kiváló állapotban. (Tóth Péter átírása)

IV. (1440A)

1440. január 18. Buda

Az országgyűlésen jelen lévő főurak, főpapok, előkelők és nemesek oklevele, amellyel teljhatalmú megbízást adnak követeiknek, János zenggi püspöknek, Tallóci Matkó horvát, dalmát, szlavón bánnak, Bátori István volt országbírónak, Perényi János tárnokmesternek, Pálóci László ajtónállómesternek és Marcali Imre somogyi és verőcei ispánnak, hogy Lengyelországban tárgyalásokat folytassanak III. Ulászló lengyel királlyal és a lengyel főurakkal.

Praelati, principes, comites, barones, milites, proceres et nobiles regni Hungariae nunc in congregatione generali Budae constituti notum facimus universis per praesentes, quod quia prout tam ex forma scriptae responsionis nostrae nuper magnificis viris Johanni de Koneczpole regni Poloniae cancellario ac Petro de Kurow castellano Sandeczensi, ambasiatoribus serenissimi principis domini Wladislai Poloniae regis, necnon reverendorum patrum ac magnificorum virorum praelatorum et baronum ipsius regni Poloniae hic pridem constitutis traditae, quam etiam ex post ex certarum nostrarum litterarum serie colligitur, nostri fuit propositi certis promissionibus firmati, ut ad dandum et aperiendum dictis dominis regi ac praelatis et baronibus Poloniae super rebus et petitis per praefatos eorum ambasiatores propositis nostrum finale responsum aliquos etiam alios tractatus peragendo certos et notabiles ambasiatores nostros ad conspectum praefatorum dominorum regis et praelatorum ac baronum Poloniae nostro omnium nomine mittere et destinare. Ideo secundum praetactum nostrum propositum, mutuis plurimorum dierum colloquiis et tandem unanimi deliberatione praehabitis, carissimos fratres nostros reverendum in Christo patrem dominum Johannem episcopum Segniensem, necnon magnificos viros dominos Mathkonem de Tallowcz, regnorum Dalmatiae et Croatiae ac totius Sclavoniae banum, Stephanum de Bathor pridem iudicem curiae regiae, Johannem de Peren magistrum tavarnicorum regalium, Ladislaum de Paloucz magistrum ianitorum regalium et Emericum de Marczali Simigiensis et de Werewcze comitatum comitem ac magistrum dapiferorum regalium de nostri medio ad transeundum in huiusmodi ambasiata nostra versus et ad dictos dominos regem ac praelatos et barones Poloniae duximus deputandos, imo deputamus et ipsos ad id unanimiter eligimus per praesentes, quibus omnibus simul et etiam maiori parti eorundem atque in casu, quo aliquis seu aliqui ex eis vel infirmitate, vel notabili et inevitabili occupatione et necessitate praeventi et occupati, aut ex quacumque alia inpotentiae causa illac

accedere nequierint, etiam illis, qui ex ipsis nostro nomine illac accesserint, dedimus et attribuimus, imo damus et tribuimus per praesentes plenissimum mandatum facultatemque et auctoritatem pro nobis et nostro ac totius regni et subditorum eius nomine secundum informationem eis traditam in loco, ubi praefatus dominus rex Poloniae reperiri poterit, aut in quo idem eis audientiam praestare voluerit, ad conveniendum cum eodem domino rege ac praelatis et baronibus dicti regni Poloniae ac conferendum, necnon ad petita respondendum ac tractandum, agendum et componendum, concordandum, pacemque et concordiam cum ipsis secundum intentionem nostram eis cognitam faciendum, firmandum et concludendum, firmataque et condita ac conclusa, stipulationibus sub nostrae fidei puritate nostri ac subditorum huius regni coronae parte roborandum, litterasque opportunas desuper confectas seu conficiendas tradendum, et vice versa ab ipsis domino rege ac praelatis et baronibus suis promissiones et consimiles stipulationes et litteras recipiendum, approbandum et gratificandum, omniaque alia et singula dicendum, faciendum, gerendum et exercendum, quae pro huius pacis, seu concordiae et conclusionis dirigenda et procuranda unione quomodolibet utilia fuerint seu etiam opportuna, quae et nos faceremus seu facere possemus, si his, quae per eos agentur et concludentur, nos omnes contingeret personaliter interesse, etiam si talia essent, quae mandatum exigent magis speciale, ratum et firmum habentes et de fide bona habere promittentes quicumque per praefatos nostros ambasiatores, vel maiorem eorum partem ac etiam illos, qui illac accedere et attingere poterunt, dictum, gestum, conclusum et firmatum fuerit quomodolibet nostri parte immutabiliter quoque in his, quoad omnes clausulas et articulos conclusionis eorum persistemus, contradictione qualibet praetermissa, praesentium litterarum nostrarum, quas potiorum ex nobis sigillis communiri fecimus, testimonio mediante. Datum Budaë, in festo Beatae Priscaë virginis et martiris, anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo.

Jelzete: AGAD, Dok. perg. Nr. 5574. MNL OL DF 289 005. Közli: Mon. Pol. XII. 409–411. 268.sz. Pergamenen, melynek mérete kb. 50x24 cm. Plicaturán tizenhárom darab pecsét függ (négy vörös viaszú főpapi, két vörös viaszú főúri és hét zöld viaszú főúri pecsét) beiratlan pergamenzalagokon, természetes színű pecsétfészkekben. (Tóth Péter átírása)

V.

1440. március 2. Krakkó

*Ulászló lengyel és választott magyar király levele Krzesław Kurozwęcki-
nek, Wiślica várnagyának.*

Wladislaus Dei gratia rex Polonie electus rex Hungarie (...) Datum Cracoviae feria quarta ante Dominicam Laetare anno Domini millesimo quadragesimo (...).

Jelzete: AGAD, Dok. perg. Nr. 357. Közli: MatWarn 219. Pergamenen, melynek mérete kb. 41x35 cm. Pecsétje leszakadt. (Kivonat: Novák Ádám)

VI. (1440B)

1440. március 9. Krakkó

Magyar követek oklevele, amely szerint a magyar rendektől Erzsébet királyné beleegyezésével kapott felhatalmazásuk alapján az előző napon a krakkói székesegyházban Magyarország királyává nyilvánították III. Ulászló lengyel királyt.

Nos Johannes Dei gratia episcopus Segniensis et gubernator abbatae de Sancto Gothardo, Mathko de Talloucz regnorum Dalmatiae, Croatiae et totius Slavoniae banus, Johannes de Peren magister thavarnicorum regalium, Ladislaus de Palloucz magister curiae regalis et Emericus de Marczaly magister dapiferorum regalium et comes comitatus Simigiensis, ambasiatores dominorum praelatorum, principum, comitum, baronum et procerum regni Hungariae, per eos unanimiter cum plenissimo mandato ex consensu serenissimae principis dominae Elizabeth reginae Hungariae, modernae dominae nostrae gratiosissimae ad excellentissimum principem dominum Wladislaum regem Poloniae deputati, significamus harum tenore, quibus expedit universis, quod cum alias venientibus ad praefatum regnum Hungariae et consequenter antelatos dominam nostram reginam, praelatos et principes, comites, barones et proceres praedicti regni magnificis Johanne de Coneczpole cancellario huius regni Poloniae ac Petro de Kurow castellano Sandeczensi ex parte praefati domini regis Poloniae, ac praelatorum ac baronum eiusdem regni in certa et notabili legatione, ibidem promissum fuisset pro responso finaliter ad huiusmodi legationem ipsorum dando certos ex praelatis et baronibus dicti regni Hungariae mitti debere. Tandem ipsi domini praelati, principes, comites, barones et proceres ipsius regni Hungariae nuper in congregatione generali Budae celebrata constituti matura deliberatione praehabita promissioni ipsorum

praetactae satisfacere cupientes, de consensu, ut praemisimus, antelatae dominae nostrae reginae unanimiter et communi voluntate ad transeundum in huiusmodi ambasiata ad ipsum dominum Poloniae regem ac praelatos et barones suos tradita nobis plenissima informatione nos elegerunt. Nos vero officio huiusmodi legationis assumpto, in hunc locum ad ipsum dominum Poloniae regem ac praelatos et barones suos venientes, atque iuxta praetactam nobis traditam informationem, ea quae peragenda erant cum eisdem Deo volente concludentes, die hesterna vigore mandati nobis traditi nostro ac praetactorum omnium praelatorum, principum, comitum, baronum et procerum regni Hungariae nominibus de consensu antelatae dominae nostrae reginae ipsum dominum Wladislaum regem Poloniae in eiusdem regni Hungariae cunctorumque regnorum et tenutarum ac pertinentiarum eiusdem regem et dominum rite elegimus, atque in cathedrali ecclesia castri Cracoviensis, ubi maior fidelium fuerat multitudo, publice in regem Hungariae electum fore pronuntiavimus et declaravimus, manifeste titulum et omnia dominia ac iurisdictionem coronae eiusdem regni Hungariae sibi et suae ditioni, necnon gubernationi submittendo, promittentes consensu et nominibus, quorum supra, eundem dominum Wladislaum regem in festo Beatorum Philippi et Jacobi apostolorum, hoc est prima die Maii proxime affuturo corona eiusdem regni Hungariae in loco ad hoc ab olim deputato solemniter coronare, sub simili etiam promissione praemissis adiacentes, quod mox solemnitate huiusmodi coronationis peracta, ipse dominus rex literas suas sub suo sigillo regni Hungariae super eo, ut sicut ipse cum copiis huius regni sui Poloniae nos et totum regnum Hungariae praetactum contra quoslibet inimicos tueri et defensare promisit, sic et huic regno suo Poloniae cum copiis regni Hungariae contra inimicos suos, dum opus fuerit et ingruerit necessitas, pari vicissitudine tenebitur defendere et tueri, praefatis dominis praelatis et baronibus istius regni Poloniae dari faciet et emanari. In quorum omnium testimonium praesentes concessimus litteras nostras sigillis nostris, quibus utimur, impendentibus communitas. Datum et actum Cracoviae, nona die mensis Martii, anno Domini Millesimo quadringentesimo quadragésimo.

Ad propriam commissionem dominorum ambasiatorum
Johannes de Zredna custos Zagrabiensis, regni Hungariae prothonotarius

Jelzete: AGAD, Dok. perg. Nr. 5572. MNL OL DF 289 004. Közli: Dogiel, I. 53–54. XIV. sz., Katona, Tom. VI. Ord. XIII. 37–40. Pergamenen, melynek mérete kb. 57x30 cm. Plicaturán eredetileg öt darab pecsétet rögzítettek, ma egy vörös viaszú főpapi és három zöld viaszú főúri pecsét függ beiratlan pergamenzalagokon, természetes színű pecsétfészkekben. (Tóth Péter átírása)

VII. (1440C)

1440. március 12. Buda

Magyar főurak, főpapok, előkelők és nemesek oklevele III. Ulászló lengyel királyhoz, amelyben tudósítják, hogy követségbe küldték hozzá teljes felhatalmazással Simon veszprémi püspököt, Újlaki Miklós macsói bánt, Pelsőci Bebek Imre székelyispánt és Hédervári Lőrinc fia Istvánt, hogy megsürgessék mielőbbi Magyarországra érkezését.

Serenissimo principi et domino, domino Wladislao Dei gratia regi Poloniae, Lithuaniaeque principi supremo et haeredi Rusciae, domino ipsorum gratiosissimo praelati et barones ac proceres regni Hungariae, videlicet reverendus in Christo pater dominus Benedictus episcopus ecclesiae Jauriensis, Ladislaus de Hedervara, abbas Sancti Martini Sacrimontis Pannoniae, item Laurentius de eadem Hedervara regni Hungariae praedicti palatinus, Stephanus et Georgius de Rozgon, comites Posenienses, Ladislaus filius condam Johannis de Maroth bani, Symon de Palocz alias magister agazonum regiae maiestatis, Johannes de Peren alias comes Maramarosiensis, Stephanus de Homonna, Ladislaus filius condam Petri Cheh de Levawaywodae, ac alter Ladislaus de Zechen, Rubertus de Tar magister agazonum reginalis maiestatis, Franko de Dombo, Petew de Gerse et Mathias de Hatwan, ipsius vestrae serenitatis humiles servitores et omnino fideles, quod admodum antecedenter per alias litteras atque fratres nostros, transmissionem certorum fratrum nostrorum, praelatorum videlicet et baronum huius regni ad eandem vestram serenitatem et pro eiusdem serenitatem vocatione et conductione in ipsum regnum per nos et alios fratres nostros factam eidem serenitati notificavimus, ita iam praesentium sub confidentia et assecuratione venient ad eandem vestram serenitatem iidem fratres nostri illinc missi, fideles videlicet eiusdem vestrae serenitatis servitores et devoti, videlicet reverendus in Christo pater dominus Symon episcopus Wesprimiensis ad Agriensem ecclesiam postulatus, Nicolaus de Wylak banus Machoviensis, Emericus de Pelseulcz Sicularum comes et Stephanus filius praenotati domini Laurentii palatini, exposituri plenissimas nostras voluntates et affectiones, quas de serenitate vestra concepimus et conclusimus, quarumque principiacione de praetactis nostris fratribus et litteris ad eandem vestram serenitatem antecedenter missis vestra serenitas potuit sano colligere intellectu, quos quidem fratres nostros cum plena potestate omnium nostrorum et ceterorum fratrum nostrorum ac universorum procerum ac nobilium regnicolarum ipsius regni mittimus ad eandem vestram serenitatem. Ad ipsorum itaque fratrum nostrorum atque omnium nostrum et aliorum, de quibus supra fit mentio, devotam et attentam supplicatio-

nem, imo potius plenimodam assecurationem et ratificationem vocationis nostrae et omnium praedictorum dignetur vestra serenitas pro gubernatione huius regni celeriter et secure advenire, ut idem per vestrum celerem adventum ab omnibus tribulationibus et angustiis resurgat. Nos quoque in serenitate vestra dominum prospicuum et gratiosum, vosque in nobis fidelitatis promptitudinem et omnimodam sinceritatem videamur in omni iocunditate mutuos invenisse. Quicumque autem praenotati fratres nostri praesentium exhibitores cum vestra serenitate tractaverint, dixerint, fecerint et concluderint pro nobis et omnibus aliis fratribus nostris absentibus et regnicolis regni, ratum gratumque habebimus seu tenebimus atque firmum harum nostrarum, quibus sigilla nostra sunt appensa, testimonio et vigore mediante. Datum Budae, in festo Beati Gregorii papae, anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo.

A pecsétek hártyszalagjain a következő nevek olvashatóak:

1. Domini episcopi Jauriensis¹
2. Abbatis Sancti Martini²
3. Laurentius palatinus
4. Nico[laus] banus de Wylak
5. Ladi[slaus] de Maroth
6. Ladislai de Zechen
7. [...]³
8. [...]⁴
9. [...]⁵
10. [...]⁶
11. Emericus de Pelsulcz
12. Joannes Kompolt
13. Symonis de Palocz⁷
14. [...]⁸
15. [...]⁹
16. [...]¹⁰

1 Pecsétje leszakadt.

2 Pecsétje leszakadt.

3 A szalagon sem címzés, sem pecsét nincs.

4 A bevágásban nincs, vagy eredetileg sem volt szalag.

5 A szalagon nincs címzés, és csupán üres pecsétfészek lóg rajta.

6 A szalagon sem címzés, sem pecsét sincs.

7 Pecsétje leszakadt.

8 A szalagon nincs címzés, de pecsét van.

9 A bevágásban nincs, vagy eredetileg sem volt szalag.

10 A bevágásban nincs, vagy eredetileg sem volt szalag.

Jelzete: AGAD, Dok. perg. Nr. 5573. MNL OL DF 289 127. Közli: Mon. Pol. XII. 412–413. 271. sz. Pergamenen, melynek mérete kb. 50,5x15 cm. Plicaturán eredetileg tizenhárom darab természetes színű pecsétfészket rögzítettek (és további három bevágást ejtettek), ebből tizenkettőb pecsételtek is. Ma hat zöld viaszú főúri pecsét függ – egy híján – beírt pergamenszalagokon. (Tóth Péter átirása)

VIII. (1440D)

1440. június 29. Buda

Az ország rendjei eskü alatt erősítik meg I. Ulászló magyar királlyá választását és érvénytelenítik V. László megkoronázását.

In nomine Domini. Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum gesta hominum in huius labentis vitae stadio in mortem et oblivionem currentium literarum munimine soleant futurorum notitiae et memoriae conservari, proinde nos praelati, principes, barones, comites, milites, proceres, clientes, cives, totaque communitas regni Hungariae, universaliter singuli et singulariter universi tenore praesentium notum facimus, recognoscimus et fatemur universis et singulis tam praesentibus, quam futuris, quod serenissimo et bonae memoriae principe, domino Alberto, Romanorum et praefati Hungariae regni rege, domino nostro gratiosissimo tempore noviter transacto, prout Divinae placuit voluntati, viam universae carnis ingresso, considerantes, qualiter per obitum ipsius regnum nostrum praedictum vacaret et necessario sibi careret gubernatore et defensore, volentesque super huiusmodi casu opportune consulare, de bono et felici statu regni eiusdem providere et periculis, quae ex diutina vacatione ipsius possent evenire, in tempore obviare, instituta mox ob eam rem totius regni in civitate Budensi generali conventionem, coepimus exacta diligentia, mutuis deliberationibus et consiliis nostris negotium hoc agere, modosque omnes et vias totis ingeniis nostris examinare, quibus de idoneo et tali rege saepedicto regno potuissemus prospicere et providere, per quem regnum ipsum in statu suo feliciter posset conservari, adaugeri et contra barbaras et sibi infestissimas nationes protegi et ab ipsorum crebris incursionibus Christi fideles respirare. Tandem post diutinas deliberationes, postque varios ad rem hanc habitos tractatus recensuimus, quod priscis temporibus, dum regna haec Hungariae et Poloniae sibi confinantia et commetanea in pace, concordia et amicitia speciali iuncta, colligata et unita fuerunt sive regum suorum sanguinis propinquitate, quemadmodum tradunt historiae tempore Sancti Ladislai regis fuisse, sive dominantis idemptitate, quod adhuc nonnulli aetatis nostrae homines diebus colendae memoriae Lodovici regis memorantur accidisse, qui utriusque regni gubernacula feliciter disponebat, multum id et per omnem modum utilitatis profectus et augmenti regnis istis attulerit, tum ex

alternis incolarum suorum accessibus, assiduisque eorundem commerciis singulorum excrescebant commoda et suffragantibus sibi mutuo regnorum ipsorum contra hostes suos potentiis, laus, honor, gloria viguit et respublica ipsorum in immensum reflorabat, et ob hoc tali consideratione permoti, post eiusmodi deliberationes nostras accedente primum ad hoc illustrissimae principis dominae Elizabeth, reginae nostrae, praenominati domini Alberti consortis legitimae expressa voluntate, obtulit se prae omnibus aliis mentibus nostris persona excellentissimi principis domini Wladislai Dei gratia Poloniae regis moderni, domini nostri gratiosissimi, in quem demum vota omnium, qui in dicta Budensi et generali regni totius conventionione fuerunt convenientes, affectantibus omnibus ipsum sibi et dicto regno Hungariae praefici in dominum et regem. Et statim, ut potiremur, votis ad conficiendum huiusmodi negotium misimus ad praesentiam praenominati domini regis solennes ambasiatores et nuntios nostros speciali et sufficienti auctoritate et mandato tam praefatae dominae Elizabeth reginae, quam nostra et regni totius fulcitos et de expressa mente et voluntate eiusdem ac nostra ad plenum instructos, certificados et informatos, videlicet reverendum in Christo patrem dominum Johannem episcopum Segniensem et magnificos dominos Mathkonem de Thalloucz Dalmatiae, Croatiae et totius Slavoniae regnorum banum, Johannem de Peren magistrum thavarnicorum regalium, Ladislaum de Palloucz curiae regalis magistrum ac Emericum de Marczali magistrum dapiferorum regalium et comitem Simigiensem. Ac hi huiusmodi mandato tum zelo boni communis regni saepedicti, tum etiam ad instantiam antedictae reginae et nostram suscepto profecti sunt, ad regemque praedictum in civitate Cracoviensi tunc constitutum venientes, exposita primum coram maiestate legatione iniuncta et demum exactis cum ipso domino rege, praelatisque, baronibus, proceribus et nobilibus regni Poloniae compluribus diebus in tractatibus ad rem eiusmodi opportunis negotium ipsis commissum tam sapienter, quam feliciter confecerunt et praememoratum serenissimum principem dominum Wladislaum in dominum et regem regni Hungariae et nostrum praemissa auctoritate et mandato, nomine regni eiusdem nominaverunt et elegerunt, expressis et enumeratis in ipsa electione omnibus et singulis conditionibus et modis, qui iuxta traditam ipsis formam exprimi debuerunt et signanter illis, per quos secundum voluntatem reginae praetactae et nostram collaudationem et consensum ipsi reginae et proli, quam tunc in utero gestabat ex ea sive in sexu masculino, sive faemineo generanda sufficienter extiterat provisum, omniaque huiusmodi electionis negotia post intimationem de nativitate filii per praefatam dominam reginam praefatis nuntiis nostris factam mandato praefatae dominae reginae et conclusa, et consummata sunt.

Nos itaque praelati, barones, principes, comites, proceres regni Hungariae superius memorati animadvertentes praenominatos dominos ambasiatores et nuntios nostros electionem praedictam iuxta vim et formam eisdem datam et desiderium nostrum egisse et perfecisse, eandem unanimi voto nostro acceptavimus, gratificavimus, collaudavimus et confirmavimus et praesentium serie acceptamus, gratificamus, collaudamus et confirmamus, et saepefatum serenissimum et inclitum principem dominum Wladislaum Poloniae regem, etc. in dominum et regem regni Hungariae recipimus, assumimus et profitemur ac recognoscimus, sibi que tanquam domino nostro naturali et regi debitum honorem, obedientiam, reverentiam et fidelitatem, quamdiu vixerimus, exhibebimus et faciemus, et contra omnes aemulos suos et signanter, qui serenitatem suam in assecutione regni Hungariae et dominiorum praedictorum quomodolibet impedire et perturbare voluerint, omnibus viribus, potentiis, consiliis et auxiliis fideliter adiuvabimus, nec ipsum quacumque occasione aut quovis quaesito colore ullo unquam tempore deservemus, ac coronationem praetensam nuper in mense Maii de dicto filio infante dicti domini Alberti olim regis praeter et contra voluntatem nostram factam inanem et irritam decernimus tenore praesentium mediante, sed ea non obstante singula suprascripta pura fide, irrevocabiliter servare et inviolabiliter tenere sub onere praestiti iuramenti, quod super lignum vivificae crucis universaliter singuli et singulariter universi praestitimus, volumus et promittimus sine omni dolo et fraude, nec his ullo unquam tempore verbo vel facto contravenire. In quorum omnium robur et testimonium sigilla nostra praesentibus sunt subappensa. Datum Budae, ipso die Beatissimorum Petri et Pauli apostolorum, anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo.

A pecsétek hártyszalagjain a következő nevek olvashatóak. Felső sor:

1. Dominus Dyonisius archiepiscopus Strigoniensis
2. Dominus Johannes archiepiscopus Colocensis
3. Dominus Symon de Rozgon episcopus Agriensis
4. Dominus Mathias episcopus Wespremiensis
5. Dominus Joseph Bosnensis
6. Dominus Jacobus episcopus Sirmiensis
7. Dominus Johannes episcopus Segnensis¹¹
8. Laurentius de Hederwar palatinus
9. Ladislaus de Gara banus Machoviensis
10. Mathko regni Sclavoniae banus

¹¹ A pecsét leszakadt.

11. Ladislaus abbas Sancti Martini
12. Johannes de Peren magister thavarnicorum
13. Ladislaus de Palocz magister curiae
14. Johannes filius condam comitis Petri de Peren
15. Symon de Palocz magister agazonum
16. Comes Johannes de Korogh
17. Emericus de Pelsewcz comes Siculorum
18. Nicolaus de Pelsewcz
19. Franciscus de Chaak comes Siculorum
20. Ladislaus filius Bani de Maroth
21. Ladislaus filius waywodae de Thamasy¹²
22. Henricus filius waywodae de Thamasy
23. Emericus filius Johannis et Nicolaus filius Ladislai de Kanisa¹³
24. Michael Jakch de Kwsal
25. Ladislaus Jakch de Kwsal
26. Johannes filius waiwodae de Marczaly
27. Georgius filius Bani de Marczaly
28. Paulus filius Bani de Lindwa
29. Thomas de Zolyo
30. Michael Orzaag de Gwth
31. Johannes de Rozgon filius Stephani senioris
32. Johannes Orzaag de Gwth
33. Johannes de Hwnyad banus Zeureniensis
34. Hladislaus Haghmas
35. Ropertus de Tar
36. Stephanus de Pelsewcz
37. Ladislaus de Thyrews
38. Petrus de Palocz¹⁴
39. Pethew de Gerse
40. Symon Zwdar
41. Rynoldus de Rozgon
42. Laurentius de Rozgon
43. Stephanus de Homonna
44. Danch de Maczedonia
45. Raphael et Paulus Hergely de Zekchew¹⁵
46. Johannes de Lossoncz

12 A szalagon nincs, vagy eredetileg sem volt pecsét.

13 Egy pecséttel.

14 A szalagon nincs, vagy eredetileg sem volt pecsét.

15 Egy pecséttel.

47. Johannes filius Emerici de Zerdahel
48. Ladislaus et Georgius filii Johannis Jakch
49. Thomas de Bathor¹⁶
50. Ladislaus frater Michaelis de Gezth
51. Ders filius Martini Bani de Zerdahel
52. Johannes de Maroth
53. Ni[...]¹⁷
54. Nicolaus de Warda

Alsó sor:

55. Johannes de Vadach nuntius de comitatu Strigoniensi
56. Jacobus de Jobahazy nuntius comitatus Soproniensis
57. Petrus Theke de Agard et Demetrius de Pan nuntii de comitatu Zemlen
58. Ladislaus dictus Buda et Johannes Keche nuntii de comitatu Zarand
59. Nicolaus Chernel de [...]thiakab et Joseph de Endred nuntii comitatus Simigiensis
60. Paulus de Hangan et Blasius de Janosi nuntii de comitatu Ghemer
61. Michael de Monah et Ladislaus de Keer nuntii comitatus de Abawywar
62. Johannes de Bala et Nicolaus Barius nuntii de comitatu Borsod
63. Blasius Wani comitatus Pesth
64. Demetrius Rengy et Thomas de Thompafalua de comitatu Hont
65. Michael de Sandorhaza de comitatu Mediocris Zolnak
66. Johannes Varias de Kemen et Clemens de Salgo de comitatu Solth
67. Ladislaus de Nadasd et Albertus Orros nuntii de comitatu Torna
68. Petrus [...]ch et Johannes filius Jacobi de Zeretwa nuntii de comitatu Hong[...]¹⁸
69. Albertus de Marchal et Georgius Reheny de comitatu Nograd
70. Stephanus de Seuenhaza et Petrus [...] de comitatu Chongrad¹⁹
71. Petrus de Varyad et Thomas de Rad de comitatu Bachiensi
72. Stephanus Bothka de Zeplak et Clemes Thapan de Harazth nuntii de comitatu Castriferrei
73. Daniel de Seryen et Petrus de comitatu Chanadiensis
74. Daniel de Custan et Stephanus de Zana de comitatu Zala²⁰

16 A szalagon nincs, vagy eredetileg sem volt pecsét.

17 A pecsét leszakadt.

18 A hártyszalag kiszakadásai miatt a nevek egy része olvashatatlan.

19 Tintafolt miatt a családnév olvashatatlan.

20 A szalagon nincs, vagy eredetileg sem volt pecsét.

75. Johannes de Wecz et Johannes filius Johannis de Paztoh nuntii de comitatu Hewyesensi
76. Paulus de Kwtheryncz et Ladislaus de Thapalocz nuntii de comitatu de Werewcze
77. Nicolaus filius Johannis de Manczem et Johannes Gepy de comitatu Posega
78. Stephanus Morchart de Zantho nuntius de comitatu Bodrogh et Ladislaus Swlyok socius eiusdem
79. Johannes Gombus et Andreas de Thamasfalwia nuntii de comitatus Saros
80. Salveslaus [...] ²¹
81. Zathmar Michael de Philpes
82. Johannes Noffry de Baymucz
83. Gregorius Betlehem
84. Nicolaus filius Drag ²²
85. Emericus de Pakos alias comes de Insula

Leszakadt pecséték ²³

- Nicolaus filius Stephani de Karatna et Ladislaus de Nabna nuntii de comitatus Walko
- Ladislaus Zogyos de Katha et Johannes de Zentlwrycz nuntii comitatus Zolnok exterioris
- [...]nes filius waywodae de Gyarmath

Jelzete: AGAD, Dok. perg. Nr. 5575. MNL OL DF 289 006. Közli: Dogiel, I. 54–56. Nr. XV. Pergamenen a hajtogatások mentén kicsit megkopott, melynek mérete kb. 60x38 cm. Plicaturán, két sorban eredetileg legkevesebb nyolcvannyalc darab pecsét számára készítették bemetszéseket. Ma hetvenkilenc darab természetes színű pecsétfészkek lóg alá, ebből legalább tizenegybe két pecsétet nyomtak. További három leszakadva. Hat vörös viaszú főpapi, egy vörös viasz főúri, hat természetes színű világi pecsét azonosítható, a többit fekete vagy zöld viaszba nyomták. A pergamenszalagok zöme beírt. (Tóth Péter átírása)

21 Az írás nagyon kopott és a névbe a pecsét fészke is beletakar.

22 A szalagon nincs, vagy eredetileg sem volt pecsét.

23 Helyük pontos meghatározása bizonytalan.

IX. (1440E)

1440. július 17. Székesfehérvár

A magyar rendek oklevele, amely szerint mivel Erzsébet királyné elvitette a koronát és megkoronáztatta vele csecsemő fiát, ezért a Szent István király fejereklye-tartójából kivett régi koronával Magyarország királyává koronázták Ulászló lengyel királyt.

In nomine Sanctae Trinitatis et individuae Unitatis feliciter, amen. Nos praelati, barones, comites, milites, proceres et nobiles totius regni Hungariae cum efficacissima facultate communitatem eiusdem repraesentantes ad perpetuam rei memoriam multum clare cognitum coram nostris constat obtuitibus praecessorum nostrorum consummatis hucusque temporibus reipublicae diligentiam et eiusdem utilitatem operosam advertentiam hoc in regno felici fuisse actum solertia et ex eiusdem directione tam provida, quam utili non parvum, imo maximum in Christiana religione commodum viguisse. Quae et si plerumque ut temporum mutabilitate assolet nunc impugnationibus diversis, nunc vero aliorum stimulorum iniectionibus sinistris in se immissae adversitatis seminarium pertulerit et fortuitus varii ventilabro utcunque agitata fuerit, aequae tamen successit ea pro semper animorum idemptitas et voluntatum recuperata unanimitas, ut haec ipsa, quae visa sunt, interdum ad publicam utilitatem conducere accuratius ordinari et disponi, illa vero, quae communis nociturnitatis et dissidii materiam immittere agnita sunt, providentiae sarculo extirpari et evelli solitius curabantur. Quo pacto et nos, qui praesentium temporum dies cursu vitali deducimus, opportune arbitrati sumus, eam parimodo et per nos mutari debere operam, quatenus res huius regni et nostra iuxta modernorum qualitatem agendorum et temporum, sicuti provide sic et salubriter regi ac in melius auctore Domino dirigi propensius cognoscatur. Sic quidem mortuo nuper et de hac vita sublato condam illustrissimo bonae memoriae principe, domino Alberto Romanorum ac huius regni, etc. rege, immediato dum generali in civitate Budensi congregatione celebrata, cognoscentes regnum hoc, quod impraetermisse plurimorum aemulorum et praecipue paganorum impugnatur insultibus, idoneo et habili rectore carere non posse, missisque communi voluntate, assensu quoque et consensu tam serenissimae principis dominae Elizabeth reginae Hungariae, praefati condam domini Alberti regis relictae, prout hoc ex literis suis clare consistit, quam etiam omnium nostrum ad serenissimum principem dominum Wladislaum Poloniae regem excelsum solemnibus ambasiatoribus et nunctiis nostris, eundem tanquam in regem, tutorem et rectorem huius regni communi desiderio electum ad hunc locum

primum pro honore Dei et fidei sanctae catholicae augmentum, et demum pro utilitate nostra ad suscipiendam coronam eiusdem regni invitasset et diligentius instantes induxissemus. Quia tempore intermedio praefata domina Elizabeth regina adverso aemulorum et verius forensium et extraneorum hominum intestini belli viam potius aperire, quam praecludere cupientium freta consilio priorem et praeassumptam intentionem removens, satagensque et volens hoc regnum et nos regimini infantuli dicti condam domini Alberti regis nati posthumi, hoc est post eius obitum in lucem educti, parum nostri et regni eiusdem necessitati succurrere potentis subicere, ad impediendumque praetactae electionis et coronationis utile opus toto nisu hanhelans, sublata heu, clandestine de castro Wyszegrodiensi corona illa, qua hactenus reges Hungariae coronari soliti fuere, pridem antedictum infantem vix adhuc trimestrem praeter omnium nostrum voluntatem ad hoc sponte concurrere debentem atque contra consuetudinem hucusque in simili re tentam, absentibus etiam omnibus paramentis sacris, necnon gladio, sceptro, pomo et cruce legationis Sanctissimi Stephani primi regis nostri multo amplius in perniciem, quam utilitatem nostram cum eadem corona sublata coronari, si sic dici dignum est, fecit et procuravit atque continuo ipsam coronam, proch dolor, viceversa concludens, ad locum hactenus nobis incognitum in crudele omnium nostrum derogamen transmisit, seu asportavit. Ob hoc nos exnunc altera vice in multitudine tam copiosa, quantam memoria hominum praecedentium regum coronationis tempore non compraehendit, congregati matura plurium dierum deliberatione praehabita, ex quo corona illa supratacta praevia ratione, ut opus erat, tam facile exnunc haberi non potuit, volentes et consultius cupientes necessitati nostri et huius regni, cuius et confinia per insultationem inimicorum, paganorum scilicet et aliorum morsus asperos continue lacerantur, opportune providere, considerantes etiam potissime, quod semper regum coronatio a regnicolarum voluntate dependet et efficacia ac virtus coronae in ipsorum approbatione constitit, videntes nichilominus regnum hoc regis idonei festina tuitione carere non posse, eundem serenissimum dominum Wladislaum regem pari voto et communi desiderio alia corona aurea operis vetusti Beatissimi Stephani regis, apostoli et patroni nostri in theca capitis reliquiarum eiusdem hucusque multa veneratione conservata instituimus, disposuimus et decrevimus debere coronari. Quam coronationem die hodierna, invocata suppliciter Spiritus Sancti gratia et eiusdem, ut pie credimus, instinctu cum peractione publica et manifesta omnium illorum cerimoniorum, quae ad eandem et eius efficaciam ac solemnitatem concurrere debuerunt, induto praefato domino nostro rege illis omnibus paramentis

et indumentis sanctissimi primi regis nostri, atque oblati eidem ac manibus suis traditi gladio, sceptro, pomo ac cruce legationis eiusdem sancti regis, necnon aliis omnibus necessariis absque omni defectu, praeter solam sublatam coronam praetactam, feliciter consumavimus et praeconceptum, auspice Domino, conduximus ad effectum, decernentes, pronuntiantes et declarantes per haec scripta ipsam modernam coronam et coronationem omnem illam virtutem et efficaciam, illudque robur per omnia habere et habituram, ac si praetacta prior corona capiti dicti domini nostri regis imposita fuisset et per eandem loco modernae haec ipsa coronatio fuisset expedita ita, quod ipsa priori corona absente et si eadem recuperari non poterit, omnis decor et efficacia ac quodlibet signaculum, misterium et robur eiusdem in hanc modernam coronam intelligantur et harum serie de omnium nostrum, quorum coronae merita discutere, probareque et improbare interest, voluntate cognoscantur, esse transfusi, dantes nichilominus et pari voluntate et decreto tribuentes praefato domino nostro nunc coronato regi plenissimam illam facultatem et potestatis plenitudinem in faciendis gratiis ac donationibus et confirmationibus perpetuis et ad tempus, collationibusque et locationibus honorum et officiolatum atque munitandis officialibus et baroniis regni, item in disponendis praelaturis ac beneficiis ecclesiasticis tam maioribus, quam minoribus ac recompensandis meritis fidelium quibuslibet, quoque infidelibus et iniquentibus secundum unius cuiusque demerita puniendis, necnon in faciendis, emendandis et exequendis iudiciis, exercendisque, agendis, dirigendis et concludendis omnibus his, quae ad reges Hungariae, suos praedecessores et eorum facultatem quomodolibet, consuetudine videlicet aut de iure pertinuerunt, ac si idem praefata priori nunc sublata corona fuisset, ut moris extitit coronata. Proposuimus tamen, istis sic stantibus, eandem priorem coronam cum ipso domino nostro rege unanimiter toto posse et omni diligentia cognito loco conservationis eiusdem exquirere atque dante Domino recuperare, adiicientes communi voluntate, quod in casu, quo eadem corona prior huiusmodi diligentia nostra recuperata, quod Deus avertat, non posset, extunc a modo imposterum ac futuris semper temporibus universis regum Hungariae hinc succedentium coronatio cum praetacta alia, puta moderna sancti regis corona in ea solemnitate, prout solitum est, absque omni immutatione peragatur. Volumus consequenter et disposuimus, ut haec ipsa corona tamquam inclitum nostrorum regum insigne sub diligentissima custodia deinceps teneatur et honorifice relinquatur, reputeturque haec eadem corona, illa priori absente et si eadem recuperari non poterit, sufficiens et cum paramentis et aliis attinentiis supratactis per omnia competens ad omnium futurarum coronationum

faciendum. Hoc tamen specialiter declarato, quod si Domino cooperante ipsa prior corona recuperari viceverse poterit, eadem suis decore, virtuteque et efficacia minime frustrata habeatur, quin imo decrevimus eandem pristino honori restitui atque in locum priorem reponi, de hac autem moderna corona supratacta tandem in isto casu disp[...]²⁴ prout antedicto domino nostro regi cum consilio nostro utilius videbitur expedire. Ne autem ex respectu et divulgatione praetactae aliae coronationis, si sic dicenda est, nuper per praefatam dominam reginam quoad ante[...]tem²⁵ nobis exnunc, ut praediximus, inutilem factae et habitae alicuius dissidii hoc in regno materia generetur, eandem pari decreto tamquam, quae praeter omnium nostrum voluntatem spontaneam peracta est, irritam et cassamus ac nullius volumus esse et dici efficaciae et virtutis. Postremo, ut haec omnia praemissa tamquam utilitati nostrae communi in praesentis necessitatis tempore per omnia congrua robur obtineant perpetuae firmitatis, nec unquam aliquorum [...]²⁶ conatibus eadem retractari vel immutari valeant, statuimus et parili decreto conclusimus et promulgavimus, praesentiumque serie promulgamus et decernimus, ut si temporum in processu aliquis vel aliqui coronae regni Hungariae subditus seu subiecti sive ex praelatis, sive baronibus aut militibus, seu nobilibus sit vel existat praesenti primum praemissae exnunc multis rationabilibus ex causis approbatae coronae et coronationi, demumve aliis dispositionibus, conclusionibus et ordinationibus supra specificatis, seu cuiquam ex eis verbo serio aut opere et facto, suggestioneque et irritamento, seu effectu sinistro directe vel indirecte contraire et contradicere, seu immutari, retractari et in irritum revocari procurare praesumpserit vel attemptaverit, talis vel tales mox, postquam de eis vel aliquo horum contra ipsum seu ipsos certitudo veritatis constiterit, in omnium honorum, humanitatisque et dignatum ac nobilitatum amissione, ablata omni spe gratiae obtinendae condemnentur et condemnatus, seu condemnati ipso facto censeantur, quin [imo] ultra haec perpetuae et indelebilis infidelitatis crimen laesae maiestatis, reipublicaeque perturbatoris poenam et iudicium incurrant, omnesque possessiones et bona eiusdem et ipsorum, omni eis denegata gratia ad coronam et maiestatem regiam devolvantur et devoluta intelligantur harum nostrarum, quibus sigilla nostra appensa sunt, testimonio literarum mediante. Datum in Alba Regali, decima septima mensis Julii, hoc [est] die dominico proximo post festum Divisionis Apostolorum, anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo.

24 Néhány betű olvashatatlan az oklevél rongáltsága miatt.

25 Ua

26 Ua.

A hártzaszalagokon a következő nevek olvashatóak. Felső sor:

1. [...] ²⁷
2. Simon de Rozgon episcopus Agriensis
3. Josephus episcopus Bosnensis
4. Dominus Mathias episcopus Wespremiensis
5. Dominus Johannes episcopus Segniensis ²⁸
6. Dominus Jacobus episcopus Sirmiensis
7. Laurentius de Hederwara palatinus
8. Ladislaus de Gara banus Machoviensis
9. Nicolaus de Wylak banus Machoviensis
10. Matko regni Sclavoniae banus
11. Johannes de Peren magister thavernicorum
12. Dominus Ladislaus abbas Sancti Martini
13. Ladislaus de Maroth
14. Simon de Palocz magister agazonum
15. Comes Johannes de Korogh
16. Franciscus de Chaak comes Siculorum
17. [...] ²⁹
18. Ladislaus de Pallocz magister curiae
19. [...] ³⁰
20. Michael Jakch de Kwsal
21. Ladislaus Jakch de Kwsal
22. [...] ³¹
23. Ladislaus filius Waywodae de L[...] ^a ³²
24. ² ³³
25. [...] ³⁴
26. Michael Orsag de Gwth et Johannes filius eiusdem
27. Paulus [filius] bani de Lindwa

27 A hártzaszalagon lévő írás teljesen lekopott, de a pecsét megvan.

28 A pecsét leszakadt.

29 Üres, név és pecsét nélküli hártzaszalag. Megjegyzendő, hogy Engel Pál és Lóvei Pál rendelkezésre álló fotók alapján Perényi Péter fia János pecsétje Csáki és Kórógyi pecsétjei közé esett. Tóth Péter az oklevél személyes szemrevételezésekor ezt a pecsétet nem találta.

30 A szalagon sem címzés, sem pecsét nincs.

31 A szalagon sem címzés, sem pecsét nincs.

32 Kopás miatt olvashatatlan név.

33 Csak ez a szám szerepel a hártzaszalagon.

34 A szalagon sem címzés, sem pecsét nincs.

28. [...] ³⁵
29. [...]
30. [...]
31. Michael filius Stephani de Zend
32. [...] ³⁶
33. Rafael Herczogh
34. Laurentius K[...] de Rozgon ³⁷
35. [...] ³⁸
36. Johannes Noffry de Baimocz
37. Simon Zwdar
38. [...] ³⁹
39. [...]
40. [...]
41. [...]
42. [...]
43. [...]
44. [...] ⁴⁰
45. Ladislaus filius Ladislai de Zechen
46. Ladislaus et Georgius Jakch de Kwsal
47. Gregorius et Johannes Pethene
48. Gregorius Zekyel
49. Johannes de Peslath ⁴¹
50. Daniel de Kwstan Zaladiensis, Stephanus de Zana Zaladiensis

Alsó sor:

51. Petrus Chekhe de Agard thavarnicus dominae reginae, comitatus Zemleniensis
52. Item Atphy, item Albertus Atphy, Georgius Vecini Nuugrad megey
53. Egregii Michael Anyos de Fayz et Paulus de Esegwar electi de Westpremiensi

35 Három darab, egymást követő címzés és pecsét nélküli hártvaszalag.

36 A szalagon sem címzés, sem pecsét nincs.

37 Kopás miatt a név egy része olvashatatlan.

38 A szalagon sem címzés, sem pecsét nincs.

39 Öt darab, egymást követő címzés és pecsét nélküli hártvaszalag.

40 Név nélküli hártvaszalag, amelyen azonban rajta van a pecsétfészek számára a viaszcipó.

41 Az írás a szalagon nagyon kopott. A pecsét alapján a Rátót nem tagja. Esetleg Kakas János, Pásztói János, Putnoki János, Serkei János vagy Feledi János.

54. Nicolaus Balius et Johannes Balay
 55. Item Petrus Meze, Stephanus de Sevenhaza de Chongorad mege
 56. Demetrius Dacho de Nenyé ac Thomas Magnus de Tompaffalwa de comitatu Hunth
 57. [...] ⁴²
 58. Item electi nobiles de comitatu Orodienzi, Sandor de Gerck ac Ladislaus Erdely de Elleffalwa
 59. Ladislaus [...] nuntius Vivar ⁴³
 60. Johannes de Zenthlerench ac Ladislaus de Katha nuntii [...] ⁴⁴
 61. Albertus de Varboz comitatus de Thorna, Ladislaus filius Michaelis de Nadasd comitatus de Thorna
 62. Michael Fil[pes] Zakmar
 63. Michael de Sandorhaza comitatus Zolnok mediocris
 64. Blasius Vany comitatus de Pesth
 65. Thomas de Molya ⁴⁵
 66. Nicolaus filius Andreae comitatus Warasd
 67. Item Blasius Janossy, Paulus Hangony de Gemer mege
 68. Stephanus Bothka de Zeplak et magister Clemens dictus Tuplay de Harazth, nuntii comitatus Waswariensis
 69. Paulus de Kwthetyncz [...] Ladislaus de Thaplocza comitatus de Werewcze ⁴⁶
 70. Johannes Jobahazy comitatus Sopron
 71. Zarand, Johannes Pethe, Ladislaus Buda
 72. Johannes filius Johannis de Paztho et Johannes de Weech nuntii de [Hewes] ⁴⁷
 73. Petrus [...] filius Jacobi [...] ⁴⁸
 74. Valentinus filius Georgii Ist[...] comitatus Ko[...] ⁴⁹
 75. [...] ⁵⁰
 76. Nicolaus Drag de Er[...]
 77. Daniel Feles de Seryen, Petrus de comitatu Chanad

42 A szalagon sem címzés, sem pecsét nincs.

43 Nagyon kopott írású hártvaszalag.

44 Több szó is olvashatatlaná kopott. A megye maghatározása az előző oklevél alapján történt. Vö. 87. számot.

45 A családnév meghatározása bizonytalan

46 A pecsét fészke legalább egy szót takar.

47 Nagyon kopott írású hártvaszalag.

48 A hártvaszalag írása nagyon kopott.

49 A hártvaszalag írása nagyon kopott.

50 Címzés nélküli, de pecsétes hártvaszalag.

78. Item Michael Lengel de Eghazas Batyan de Comarom mege
79. [...] Stephanus [...] ⁵¹
80. Nicolaus filius de Mathos [...] Bacza, mege Valko ⁵²
81. Joseph de Endred et Nicolaus Chernel de Zenthjakab, nunctii comitatus Simigiensis

*Leszakadt pecsét*⁵³

– Comes Stephanus de Bathor

Jelzete: AGAD, Dok. perg. Nr. 5581. MNL OL DF 289 009. Közli: Katona, Tom. VI. Ord. XIII. 91–100. Pergamenen a hajtogatások mentén erősen kopott, a közepén egy nedvességtől származó folt miatt kissé rongált. Mérete kb. 68x42 cm. Plicaturán, két sorban eredetileg nyolcvanegy darab pecsét számára készítettek bemetszéseket. Ma hatvanezer darab természetes színű pecsétfészkek lóg alá, ebből legalább négybe két pecsétet nyomtak. Egy pecsét leszakadt. Öt vörös viaszú főpapi, egy vörös viasz főúri, több természetes színű világi pecsét azonosítható, a többit fekete vagy zöld viaszba nyomták. A pergamenszalagok zöme beírt. (Tóth Péter átírása)

X.

1440. szeptember 29. Buda

Ulászló magyar és lengyel király felruházza Ratno városát a magdeburgi városjoggal.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Wladislaus Dei gratia Hungarie, Polonie (...) rex (...) Datum Bude feria quinta festo Sancte Michaelis anno Domini millesimo quadragesimo, praesentibus reverendis patribus, dominis Simon Agriensi, Johanne Segniensi episcopis, ac magnifici Laurentio de Hedwara regni Hungarie (...).

Jelzete: AGAD, Dok. perg. Nr. 3346. Hártyán, melynek mérete kb. 47x24 cm. Selyemzsinóron természetes viaszú pecsétfészkekben vörös viaszú ép pecsét. (Kivonat: Novák Ádám)

51 A hártyaszalag írása nagyon kopott.

52 A hártyaszalag írása nagyon kopott.

53 Helye, pontos meghatározása bizonytalan.

XI.

1441. május 22. Buda

Ulászló magyar és lengyel király a szászsebesi jövedelmeiről készített elszámolásban átadott György deáknak ezer magyar arany forintot, melyet Jan Oleschnicza sandomiri várnagynak szánt hűséges szolgálataiért cserébe.

Wladislaus Dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie etc. rex Lithwanieque princeps supremus et heres Russie recognoscimus tenore praesentium quibus expedit universis, quia nos magnifico Iohanni de Oleschnicza castellano Sandomiriensi sincere nobis dilecto pro suis iustis et fidelibus obsequiorum meritis, hic celsitudini nostre per ipsum exhibitis, dedimus mille florenos Hungaricales in auro ad egregium Georgium litteratum, in quittancebus nostris super proventus nostros terre Septemcastrensis. In casu autem, quo ipsum Iohannem castellanum Sandomiriensem predictus Georgius litteratus de huiusmodi mille florenis non fecerit expeditum et contentum, promittimus tenore praesentium nos obligantes prefato Iohanni huiusmodi mille florenos in aliis nostris regni Hungarie certis proventibus assignare et de ipsis eundem effectualiter assecurare. Harum testimonio litterarum nostrarum, quibus sigillum nostrum praesentibus est subappensum. Datum Bude, feria secunda rogacionum anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo primo.

Ad relationem magnifici Petri Woda
Regni Poloniae vicecancellarii

Hátoldalán: Quittance super mille florenis. Jelzete: AGAD, Dok. perg. Nr. 5576. MNL OL DF 289 007. Közli: Mon. Pol. XII. 424. Nr. 279. Hártyán, melynek mérete kb. 32x16 cm. Pergamenszalagon természetes viaszú pecsétfészkekben vörös viaszú ép pecsét.

XII.

1441. június 1. Buda

Ulászló magyar és lengyel király Małyszce és Czulczyce falvak ügyében rendelkezik.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. (...) nos Wladislaus Dei gratia rex Hungarie, Polonie (...) Actum Bude, feria quinta in octava Ascensionis Domini anno Domini millesimo quadringentesimo primo, praesentibus magnificis Laurentio de Hedrewara regni Hungarie (...).

Jelzete: AGAD, Dok. perg. Nr. 627. Közli: ZDM II. 368–370. Nr. 580. Hártyán, melynek mérete kb. 44,5x25,5 cm. Selyemzsinóron természetes viaszú pecsétfészkekben vörös viaszú ép pecsét.

XIII.

1441. június 8. Buda

Ulászló magyar és lengyel király megengedi Mikolaj Stadnicki udvari bírónak, hogy Ozomia faluját áthelyezze a Przemyśl-i vajdaságba.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. (...) nos Wladislaus Dei gratia Hungarie, Polonie (...) rex (...) Actum Bude, feria quinta proxima post festum Pentacostes anno Domini millesimo quadragesimo primo, praesentibus magnificis Laurentio de Hedrewara regni Hungarie (...).

Másolatban fennmaradt: AGAD, Metryka Koronna 93, folio 151–152v. Közli: ZDM II. 370–372. Nr. 581.

XIV.

1441. július 4. Buda

Piotr Polak Wilffin elismeri, hogy tartozik négyszáz magyar arany Mikolaj Lasockinak, és ígéretet tesz az összeg visszafizetésére. Amennyiben a pénzt a megjelölt határidőig nem fizetné vissza, feljogosítja Lasockit különböző szankciók alkalmazására vele szemben.

Nos Petrus Polak de Wilfin recognoscimus tenore presentium, quibus expedit, universis, quod nos tenemur generoso domino Michaeli Lasothesky quadringentos florenos Hungaricales auri puri et iusti ponderis, quos sibi fideiussimus pro serenissimo principe domino Wladislao rege, domino nostro gratiosissimo et quos promittimus sibi solvere ad festum Assumptionis Beatae Mariae Virginis proxime venturum et apud Georgium Sworc in Cracovia sub fide et honore reponere. In casu vero, quo sibi eosdem ad diem praefatum non solveremus, extunc in crastino totidem sibi succumbemus in vadio, alias tele zacladu gemu przepadnyemi. Quod si iterum hoc non curaremus persolvere, extunc idem dominus Michael potest aquirere dictas pecunias apud Iudeos seu Cristianos super damna nostra. Si vero hoc iterum non curaremus et solvere differremus, extunc debet nos monere, quam monitionem si non curabimus, extunc potest nobis increpare, vituperare verbis, quibus poterit, exquisitis, litteras super nos affigendo in port(is), vel ubicumque voluerit, increpatorias, cui nos promittimus, nec debemus contradicere, sed silere omnino tamdiu, quousque pecuniae praefate sibi per nos totaliter, ut praefertur, cum vadio

et damnis plene sibi fuerint persolute. Promittimus insuper, quod ipsum non debemus evadere aliquo iure, sed nec litteris regalibus, nec etiam expeditione belli, vel aliqua necessitate domini regis, vel propria nostra. Datum Budae, feria secunda in crastino, Visitationis Beatae Mariae anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo primo.

Jelzete: AGAD, Dok. perg. Nr. 1256. MNL OL DF: 288 966. Közli: ZDM VIII. 143–144. 2328. sz. Hártyán, melynek mérete kb. 49x28 cm. Pecsétje leszakadt.

XV.

1442. március 7. Nagyszombat

Ulászló magyar és lengyel király engedélyezi Kolaczyce városának a német jog használatát.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. (...) nos Wladislaus Dei gratia Hungarie, Polonie (...) rex (...) Actum in Tharnava, feria quarta in medio Quadragesimae anno Domini millesimo quadragesimo secundo, praesentibus reverendo domino Simone de Rozgon episcopi Agriensis, necnon suprimo Cancellario regni nostri Hungarie (...).

Jelzete: AGAD, Dok. perg. Nr. 4728. Hártyán, melynek mérete kb. 53x24 cm. Selyemzsinóron természetes viaszú pecsétfészekben vörös viaszú ép pecsét. (Kivonat: Novák Ádám)

XVI.

1442. július 11. Buda

Ulászló magyar és lengyel király oklevele Stanisław Błed számára, melyben megerősíti Skrzynno vásártartási jogát, és engedélyezi, hogy Szent Hedvig napján is vásárt tarthasson.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. (...) nos Wladislaus [Dei gratia] rex Hungarie, Polonie (...) Actum Bude, feria quarta proxima ante festum Sancte Margarethe anno Domini millesimo quadragesimo secundo, praesentibus ibidem reverendis in Christo patribus dominis Simone Agriensi, Johanne Waradiensi episcopis, magnificisque, generosis et strenuis Laurentio de Hedrewara regni Hungarie (...).

Másolatban fennmaradt: AGAD, Metryka Koronna 17, folio 174v–175v. Közli: ZDM III. 37–39. Nr. 617.

XVII.

1442. augusztus 13. Buda

Ulászló magyar és lengyel király megengedi Mikolaj és Wojciech Badównak, hogy a Mleczna folyón malmot emelhessenek Radoma közelében.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. (...) nos Wladislaus Dei gratia Hungarie, Polonie (...) rex. (...) praesentibus his testibus: reverendissimo in Christo patre domino Simone episcopo Agriensi, et magnificis dominis Laurentio de Hedrewara palatino Hungarie (...) Actum et datum Bude, ipso die Assumptionis Marie Virginis anno Domini millesimo quadragesimo secundo (...).

Másolatban fennmaradt: AGAD, Metryka Koronna 21, folio 55v–56. Közli: ZDM III. 43–45. Nr. 622.

XVIII.

1442. november 3. Buda.

Ulászló magyar és lengyel király Kuchary és Pęczelice faluinak ügyében rendelkezik.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. (...) nos Wladislaus Dei gratia Hungarie, Polonie (...) rex. (...) Actum Bude, die sabbato proximo post festum Omnium Sanctorum anno Domini millesimo quadragesimo secundo, praesentibus ibidem reverendis in Christo patribus dominis Simone Agriensi, Mathaeo Wespremiensi episcopis, magnificisque, Laurentio de Hedrewara pallatino regni Hungarie (...).

Másolatban fennmaradt: AGAD, Metryka Koronna 155, folio 221–222v. Közli: ZDM III. 61–63. Nr. 633.

XIX.

1443. március 22. Buda.

Ulászló magyar és lengyel király a keleti rítusú egyház jogait rendezi.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. (...) nos Wladislaus Dei gratia Hungarie, Polonie (...) rex. (...) Actum et datum Bude, feria sexta proxima ante dominicam Oculi anno Domini millesimo quadragesimo tercio, praesentibus reverendo in Christo patre domino Simone de Rozgon episcopo Agriensi, magnificisque, generosis et strenuis et nobilebus, Laurentio alias Naderschpane de Hedrewara regni

OKLEVELEK

Hungarie (...) Mathkone de Thaloucz nostrum regnorum Dalmatie, Croatie et totius Sclavonie bano (...).

Másolatban fennmaradt: AGAD, Metryka Koronna 20, folio 227. Közli: ZDM III. 80–82. Nr. 647.

XX.

1444. április 26. Buda.

Ulászló magyar és lengyel király Jan Łasi-nak adományoz egy házat Kazimierz-ben.

In nomine Domini amen. Nos Wladislaus Dei gratia rex Polonie, Hungarie (...) Actum sunt hec Bude, die dominico post Conductum Pasche proximo anno Domini millesimo quadragesimo quarto, praesentibus ibidem magnificis, generosis et strenuis Laurentio de Hedrewara regni Hungarie (...).

Másolatban fennmaradt: AGAD, Metryka Koronna 91, folio 493. Közli: ZDM III. 113–114. Nr. 676.

XXI.

1444. augusztus 21. Várad

Ulászló magyar és lengyel király jóváhagyja Jerzy Szwarc kérését Polanka és Przecisz falvak ügyében.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. (...) nos Wladislaus Dei gratia Hungarie, Polonie (...) rex. (...) Actum Varadini, feria sexta ante festum Beate Bartholomei apostoli anno Domini millesimo quadragesimo quarto, praesentibus ibidem reverendo in Christo patre domino Johanne episcopo Varadiensi (...).

Másolatban fennmaradt: AGAD, Metryka Koronna 36, folio 375–379. Közli: ZDM III. 125–126. Nr. 686.